alterius Partis Comissa tenendo sine Succesorum
illius ad Officium praesens Castren. Capitaneale Premislien.
Exstunc Regestri Iudiciorum quo ad Iudicem spectat me:
diante semper in primo citationis termino tanquam perem:
ptorio stare iuri parere iudicio Vadium Contractum luere
Intensipheni praesenti satisfacere ac omne iudicatum Capitaneale
debebit et tenebitur Seque ac Suos Succesores ad eaque ora
inscribit et obligat praesenti illum Terminum primum per:
emptorium et alios omnes exinde subsequendo Causae
eiusque Terminos semper peremptorios Vera in firmitate
formacem Minorennitate aliarum legem intra vel
extra Regnum Servitio militari ad Munimenta
ad evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et lega:
libus impedimentis non differendo. Ad Evictationem
Castrea ultra proximos Officii praefati Castren. Premisl.
Terminos dilationem sibi nonrecipiendo Nullasque mo:
tiones Appellationes ac earum prosecutionem faciendo
ac praemissa omnia praedicta simplicibus vel complicatis exceu:
tionibus suspendentibus fatalis Juris Intensiphene
Temporibus bello Conventionesque ac aliis quibuscunque Juris reme:
diis et defensionibus non subterfugiendo Nec modo quovis
alio eludendo. Aliisque praesentibus personaliter Recogni:
tionibus eodem praemissa omnia mediantibus.

Castellanus Lubacou per M:
Castellan. Leopolien. Quietat:

comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus
Castren. Capitaneal. Premislien. Illustris et Magnificus

1502

Andreas Maximilianus de Pleszowice Fredro Castellanus Leo:
poliens: sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juri:
sdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo
praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Juri et dicioni quo
ad actum praesentem attinet sese cum Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando et sub:
mittendo palam libere publice ac per expressum recognovit quia
ipse Illustrem et Magnificum Stanislaum a Koniecpole Koniec:
polski Castellanum Lubacoviensem et eius Successores de Sum:
ma Sex millium et Quadringentorum florenorum Polonicalium
sibi Recognoscenti per praefatum Magnificum Castellanum Luba:
coviensem modo simplicis debiti coram Actis Officii praesentis ad
solvendum inscripta iam vero per se Recognitam realiter levata
et percepta tum de eadem Inscriptione Libri Castren: Premysliensis
in se de promissis latiore. Necnon de Causa et actione iudiciaria
intentata per se Recognitam praefato magnifico Castellano Lu:
bacoviensi ratione non solutionis Summae supratactae ad ex:
tremum praesens instituta tum suis Terminis Vadiis quibus
implicatis totisque antecedenti et subsequenti Processu ea
in Causa per se Recognitam super praefato magnifico Castel:
lano Lubacoviensi obtentis et perductis et in quorum pun:
cto et gradu ad diem actus praesentis dependentibus quietat
emittit et liberum pronuntiat Inscriptionem eandem De:
bitoream Causamque praefatam ac Processum in toto et tota
cassat mortificat et annihilat sibi vero suis posteris promissionis
ratione perpetuum imponendo Silentium.

Horodyski Popiela Quietat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus
Castren: Capitaneali Premysliensi Nobilis Theodorus
Horodyski sanus mente et corpore existens A Terris

E Chrobotowski

Debitoribus